

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 195. Confessio inter absentes per epistolam fieri non potest.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

debet, tametsi hoc non sit de necessitate Sacra-
menti.

²³⁸² Q Uod hoc non sit de necessitate Sacramenti,
communis est & certa Theologorum senten-
tia, patetque in mutis & moribundis, quorum con-
fessionem per nutus & signa Ecclesia admittit,
dum ore confiteri non possunt. Et ratio est, quia
legitima sui accusatio per quecumque signa sensi-
bilia in necessitate fieri potest. Unde in Concilio
Araucano can. 12. & Cartaginensi III. c. 3. ab-
solvendus decernitur agrotus, voce dictiuit, si
nutibus confiteatur.

Quod autem confessio ore regulariter fieri de-
beat, confit ex Florentino, ubi materia hujus Sa-
cramenti declaratur oris confessio, non ad signifi-
candum quod id sit de necessitate Sacramenti, sed
saltum de necessitate praecipi, dum fieri potest.
De quo etiam constat ex generali Ecclesie contine-
tudine, qua ex communii sensu Doctorum habet
vix legis. Videri potest S. Thomas quodlib. 1.
a. 10. ubi docet, regulariter non esse licitum, al-
ter quam ore confiteri. Ad quod praefigurandum,
praecepit Dominus mandans, ut offendentes ora
Sacerdotibus; dicens corporali presentia confes-
sa peccata; non per nutus, non per scripturam
manifestanda, ut dicitur can. quem paenitentie posse
nit, dicitur. 1.

²³⁸³ An autem praecipuum illud, vel confusione,
graviter obligat? Solum obligare sub veniali cen-
tent Sotus, Ledesma, Benzonius, Villalobos.
Econtraria Toletus, Valentia, Suarez, Vasquez &
Cardinalis de Lugo, probabilis sentent oblige-
re sub mortal, nisi rationabilis causa excusat.

²³⁸⁴ Porro rationabilem causam excusare sentent Ben-
zonius de fuga petitis q. 5. dum (ob nimiam re-
vocandam) ingentem quis difficultatem sentit in
confessando vocaliter. Quod non raro in pueris ac-
cidit. Idque probat exemplo SS. Battii & Joannis
Elizemolynarii, qui mulieribus, nimiam verecundi-
am sentientibus in confessando vocaliter, man-
darunt (prout ipse referit) peccata sua scribere in
charta. Quia icta, eas absolverunt. Hanc etiam
causam, ut rationabilem, admittunt Vasquez,
Suarez, Layman, Bonacina, & ali apud Castro
Palao puncto 8.

²³⁸⁵ Minor effet difficultas in praxi istius opinionis,
si verecunda puerilla, peccata sua scriberet in char-
ta, casque legem Confessario tradens, eà à
Confessario icta, vocaliter subjugenter: de his
omnibus me accuso. Quia generalis ita accusatio,
ore facta, in talibus circumstantiis, æquivalret
specifica & distincta, quoad numerum, speciem
& circumstantias debitas, distinctamque Confes-
sario peccatorum omnium notitiam perinde exci-
tarer, ac in casu, quo Sacerdoti, memoriam ha-
benti peccatorum, alias invalidi confessorum
generaliter quis diceret: accuso me de peccatis tibi
antea confessi. Cuiusmodi confessionem ut excep-
tibilem admittunt Cardinalis de Lugo disput. 15.
n. 8a. Palao loco citato n. 8. & alii. Tametsi Vas-
quez videatur contraria sentire.

²³⁸⁶ Praterea eti inordinatum fore (seposita causa
rationabiliter excusante) nutibus velle confiteri.
Probabile tamen est, in casu magnæ verecundiæ,
in aperiendo vocaliter determinato aliquo pecca-
to, dum reliquorum peccatorum confessio ore fie-
ret, Confessarium dissimilare posse cum poenitentia,
si ipsum de peccato illo interrogando, poenitentia,
autem epapis, illud se fecisse fatetur, ratione
maximi pudoris in quo varceretur. Verum
prudenti Confessario difficile non videtur tunc ob-
tinere, ut verbo dicat quod sicut.

²³⁸⁷ Quoad moribundorum confessionem, Rituale
Romanum sic habet: Si inter confidendum, vel

etiam antequam incipiat confiteri, vox & loquela
agro deficiant, nutibus & signis conetur Sacerdos
quod poterit peccata poenitentis cognoscere. Quibus
utcumque vel in genere, vel in specie cognitis, vel
etiam si confitenda defiderit vel perse, vel per a-
lium offendit, absolvendus est.

Cæterum qui voce non potest, haud dubiè nu-
tibus confiteri tenetur, non solum in mortis ar-
ticulo, sed & extra illum. Scripto autem non te-
nenti putant Caltro-Palao n. 11. & plerique alii a-
pud ipsum. Eò quod scriptura sit instrumentum
permancens, publicatione de se obnoxium.

Sed vera est contra sententia Paladani, Ma-
joris, Sylvetri, Suarez, Cardinalis de Lugo,
&c. Quia, cum modus iste confitendi non sit
nimium difficultis, non est cur ad eum non tenetur,
qui alterum integrè confiteri nequit. Neque
enim scriptura instrumentum est publicationi
obnoxium, moraliter loquendo, sed ad summum
metaphysicè. Cum poenitent, lexis à Confessario
peccatis, chartam recipere possit, statimque lace-
rare, vel comburere.

E quavis ex vi praecipi confessionis nullus
videatur obligatus ad confitendum per interpre-
tem, ut Recentiores communiter sentent: eò
quod Christus nos non obligaverit ad declarandum
peccata nostra, nisi soli Sacerdoti, abolitionis
Ministro. Nihilominus saltu ex praecipo pro-
pria charitatis, vel etiam reconciliandi nos Deo,
(qua id sperare vix possumus per contritionem
perficitam, in paucissimis contingentem) videatur
ad id obligati, dum aliquin periculum forci
nimis diu permanendi in statu mortalis peccati, &
maxime in articulo moris. Non sic tamen ut re-
neamur omnia peccata secundum speciem & nu-
merum, &c. per interpretem confiteri; sed ali-
quod dumtaxat, acculando nos de reliquis in ge-
nerali. Cum integra confessio solum in obligatio-
ne esse videatur, quando moraliter fieri potest fo-
li Sacerdoti. Ita Suarez, Vasquez, Palao, Lay-
man, &c.

C A P U T C X C V .

Confessio inter absentes per epistolam fieri non
potest.

²³⁸⁸ Constat ex cap. quem paenitentie n. 2383. relato.
Necnon ex Bulla Clementis VIII. data anno
1002. ubi sub poena excommunicationis doceri,
defendi, imprimi, vel ad proxim reduci vetat hand
propositionem: Licit per litteras, seu internau-
tiam, Confessio absentes peccata sua facientia
ter confiteri, & ab eodem absente abolitionem pec-
catorum obtinere. Quod Pontificium Decretum
cum Suarez interpretatione in sensu copulativo,
ita ut per illud Pontifex declaraverit confessionem
abenti sic non posse fieri, ut etiam abolitione da-
retur abenti; sed non declaraverit confessionem
epistolarem si non posse abenti, modo abolitione
presenti daretur. Hanc interpretationem Pon-
tifex reprobat, Stucceforio ipius Paulus V.
prohibuit, & Congregatio S. Officii non iubile-
re declaravit. Igitur nec confessio per epistolam
fieri potest abenti Sacerdoti, nec à Sacerdote ab-
fente sacramentalis absolutio per epistolam dari.

Enimvero abolutio, seu forma Sacramenti Pœ-
nitentie, non secus ac forma Baptismi, Confir-
matiōis, Eucharistie, Extremæ Unctionis & Ordini-
nis, ex communii Ecclesie sensu debet ore pro-
ferri, idque de necessitate Sacramenti. Prono-
men vero te, ore prolatum à Sacerdote (dicens
abfolvo te) designat personam ad sensum presen-
tem, sicut pronomen hoc, in forma conferen-
tiationis, designat materiam ad sensum presentem.
Et idem ne in casu quidem extremae necessitatis

B b b 3

absolutionem dari posse absenti, Pontifex declaravit.

2394 Quod attinet ad confessioem, eti de necessitate Sacramenti non debet ore proferri, idque confessio epistolaris in omni cau invalida non sit: modum tamen confitendi per epistolam metu Ecclesia prohibet, tum quia contrarius est primo usu, & moderne etiam consuetudini Ecclesia. Tum quia modus ille confitendi sensim aliquo in Ecclesiam irrepturus fuisset, ob non modicam autoritatem Suarez, aliorumque Patrornorum illius, non sine magno prejudio primæva confudius, salutarisque vercundius, cum qua secundum Tridentinum confiteri oportet.

2395 Si objicias 1^o. S. Thomam Cantuarensem ab Alexandro III. absente petuisse & obtinuisse abolutionem. 2^o. Gregorium Magnum absentiibus pariter abolutionem mississe. 3^o. Cyprianum epist. 13. per literas jussisse ut, non expectata presentia sua, pax, id est absolutio, quibusdam in necessitate constitutis daretur. 4^o. can. generalis 30. q. 5. dici, quod penitentia adulteria per epistolam recipienda sit.

2396 Ad 1. respondeo, S. Thomam Cantuarensem non petuisse, nec obtinuisse sacramentalē abolutionem à peccatis, sed extra sacramentalē à iuspenſione, quā seipsum multo claverat.

2397 Ad 2. respondeo, Gregorium absentiibus non mississe abolutionem sacramentalē à peccatis, sed extra sacramentalē à peccatis, seu indulgientiam.

2398 Ad 3. respondeo, Cyprianum jussisse ut pax, id est absolutio, ipsi daretur, sed per Presbyterum quemcumque presentem, ut ibi dicatur.

2399 Ad 4. respondeo, ibi sermonem non esse de penitentia sacramentali, sed de significatione seu significacione respicienti extra Sacramentum, quem Inquisitores ab hereticis, per literas haec in abjurantibus, recipiunt.

CAPUT CXCVI.

Moribundus, qui absente Confessario confessio- nem petuit, si interim amissā loquela, & sen- saum usū, nullum in praesentia ipsius signum dare valeat, potest & debet absolvī.

2400 Ta S. Antoninus 3. p. tit. 10. c. 2. Sylvester, Toletus, Bellarminus, & Doctores communiter contra Lopez & Sotum. Probatur 1^o. ex Concilio Cartaginensi IV. c. 7. ubi sic: *Is qui penitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum Sacerdos invitatus venit, op- pressus infirmitate, obmutescat, vel in phrenesim versus fuerit, dens testimonium qui eum audierunt, & accipiatis penitentiam. Et, si continuo moritu- rus credatur, reconcilietur per manus implo- nentis, & infundatur ori ejus Eucaristia.*

2^o. ex Concilio Arausicano I. can. 12. ubi idem habetur.

3^o. ex Leone Papa, idem habente epist. 91.

4^o. ex Rituall Romano Pauli V. idem praefabiente.

5^o. ex eo quod Sacerdos tunc possit & debeat absolvere sufficiens confessum. Atqui moribundus iste pro talibus circumstantiis est sufficiens confessio. Cum petitio illa Confessarii sit confessio quadam, saltem generalis, nec specifi- ca requiratur in extremitate illa: upote pro tunc impossibili. Recole verba Rituall Romani à Pau- li V. approbatu supra n. 2388.

2401 O Bjicies 1^o. ibi non est confessio, ubi Con- fessarius non plus se cognoscit de peccatis moribundi, quām cognoscat de peccatis cuiuslibet hominis, quem in genere scit peccatorum.

Respondeo ibi esse confessionem, qualis esse potest, per eamque moribundum cognosci alter peccatorum, quām cognoscatur, quinque homo. Ipsum enim cognoscit ut peccatorum se accusantem in ordine ad absolutionem, per petitionem confessio, vel per datum signum contritionis.

Objicies 2^o. ex assertione sequetur moribundum per litteras, vel internum confiteri posse absenti, & a Sacerdote praesente absolvī, contra Decretum Clementis VIII.

Respondeo moribundum, dum alter non potest, sic confiteri absoluere posse. Nec id est contra Decretum Clementis VIII. upote qui de hoc casu interrogatus, declaravit se non intendisse suum Decreto comprehendere; immo eo se causa daturum abolutionem. Sic enim ex ore Pontificis se accepisse testes sunt Bellarmus, & Ar- chiepiscopus Armacanus, qui haec de re testimoniū, propriā manu subscriptum, 16. Aprilis 1608. Leflio tradiderunt, prout ab ipsomet Leflio se accepisse Præpositus scribit ad q. 4. Suppl. n. 84. Unde licet Decretum Clementis VIII. tam in sensu diviso, quam in sensu copulativo, procedat pro omni cau, quo absolvio datur absenti; non procedit tamen pro omni cau, in utroque sensu, dum absolvio datur praesenti.

Objicies 3^o. can. quem paxies de penit. diff. 1. dicitur confessionem fieri debere ore proprio, non per nuntium, vel per scripturam.

Respondeo ita regulariter est; sed necessitas causum eodem excipi canone.

CAPUT CXCVII.

Moribundus, sensibus repente defititus, tamē confessionem non petierit, nec aliud penitentia signum speciale dederit, si tamen p̄ & chri- stiane vixerit, absolvī potest, & debet, saltem sub conditione.

§. I.

Multiplici auctoritate ostenditur antiquitas & pro- babilitas assertiois nostrarū, in consideratio ne nonnullorum, qui eam novam & improbabilem di- cere non verentur.

R Egula fidei semper fuit, abolutionem instantiū concedandam, quos verisimile est intentus de peccatis suis penitire. Nunquam proinde licuit, nec iam licet, quemquam absolvere sine verisimili conjectura, quod ipsum de peccatis suis peniteat. Alias absolvio prodigerat, Christique languis imprudenter, immo sacrilegio dispensare. Quare publici peccatores, heretici, apostate, &c. qui Sacraenta non frequentarunt, quorunque vita, status, habitus, &c. nullam fecerat vita sua indigita retractationem, absque speciali aliquo signo penitentiae absolvendi non sunt, ne quidem in articulo mortis. Nec de his procedit auctor nostra; verum de iis, qui, licet subinde peccaverint, Sacraenta tamen frequentarunt, pro humanaque fragilitate vitam christianam duxerunt. Quos subinde contingit apoplexia, lethargia, phrenesi, vel ardentis febre subinde obmutescere, lenisibique in tantum defitivi, ut nullum speciale signum penitentiae edere possint.

Istos ergo absolvī non posse plurimorum sententia est, & ita anno 1605. censuit Facultas Pa- risiensis in Censura Amadei Guimenii, quam refert P. Natalis Alexander Theol. Dogm. & Mor. to. 4. l. 2. q. 7. reg. 7. Ita etiam super primū censet Author Theol. Mor. iustu Illustr. D. Episcopi Petrocorensis editio to. 4. l. 2. tr. 1. c. 7. q. 10. Verum enimvero licet sententia ita speculativa fortasse probabilior sit, auctor nostra equidem non nisi incon siderata à nonnullis dicitur nova; à Go- net improbabilis; à Carolo ab Assumptione irratio- nabi-